



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1675. usque ad annum 1681

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1780

VD18 90119207

§. 15. Quædam Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67305)

Sæc. XVII. jurisdictionem exercere præsumpsisset:
A. C. 1675. Præcepit etiam locorum Ordinariis,
 & Ordinum generalibus, ut saltem bis
 in anno necessitates Terræ sanctæ po-
 pulo exponi curarent. Denique, etsi
 Gregorius XIII. decrevisset, quod Je-
 suitæ cum summi Pontificis & Gene-
 ralis licentia ad quemcunque Ordinem
 transire possent, nihilominus, cum id
 Paulo Olivæ tum Generali non place-
 ret, & ad laxiorem Ordinem transire suis
 prohiberet, non pauci Jesuitæ tamen pri-
 mo ad strictiorem, ac postea eo relicto
 in laxiore professionem emitterent,
 hinc Generalis ab hoc Papa obtinuit,
 ut tertiam professionem in Ordine laxo
 irritam declararet, si facta esset sine
 Sedis Apostolicæ aut Generalis venia.

§. XV.

*Quædam Sacrarum Congregationum
decisiones.*

*Constitut.
 Congreg.
 Irm. Rit.
 Rot. Etc.*

Die vigesima tertia Januarii in sacra
 Rota Romana decisum fuit, quod
 etiam beneficiati sæculares, licet sub-
 jecti sint jurisdictioni Episcopi, tenean-
 tur obedire Abbati Regulari eorum Præ-
 lato & Ecclesiæ Superiori, hicque eos
 saltem pœna pecuniaria coercere va-
 leat, si ejus monitis indiscrete obedire re-
 cularent; quia secus officia Divina, cete-
 ræque

ræque functiones Ecclesiasticæ absque Sæc. XVII.
 scandalo peragi haud possent. Eadem A. C. 1675.
 quoque Congregatio die quarta Februa-
 rii declaravit, quod Beneficiatus, qui
 paratus est inservire Ecclesiæ, etiam
 admittendus sit ad consequendas distri-
 butiones. Die autem vigesima secunda
 Junii S. Rituum Congregatio statuit,
 quod Sacerdos Regularis deferens re-
 liquias in supplicationibus, in quibus
 non intervenit Clerus sæcularis, ince-
 dere possit cum stola & Pluviali, non
 autem cum sola stola: Eadem quoque
 die S. Immanitatis Congregatio decedit,
 quod Sacerdos excommunicatus, qui
 attenta paupertate nedum ad satisfac-
 iendum parti, sed etiam ad cautio-
 nem, antequam absolvatur, præstan-
 dam impotens est, præstare teneatur
 obligationem in forma de satisfaciendo
 infra terminum ab Episcopo assignan-
 dum. Censuit quoque die vigesima se-
 ptima Augusti eadem S. Congregatio,
 quod absolutio data in vim Jubilæi per
 confessarium a censuris incuris ob vio-
 latam Immunitatem Ecclesiasticam, non
 suffragetur in foro exteriori. Declara-
 tum denique die decima tertia Septem-
 bris a S. Concilii Congregatione, quod
 transgressor edicti Episcopalis in mate-
 ria clausuræ Monialium non possit ab
 excommunicatione infligta, & Episcopo
 C 2 refer-

Sæc. XVII. reservata absolvi a Metropolitano vel
A. C. 1675. alio quocunque Episcopo.

§. XVI.

*Diffidia inter Principum Oratores &
Cardinalem Patronum composita.*

Theatr. Europ. tom. II. pag. 956. Anno priori Palutius Altierius Cardinalis, ut vocant, Patronus Romæ edictum promulgari iussit, quo inhiberetur, ne Principum Oratores alique per urbem citatis equis veherentur, idem quoque Cardinalis novum vectigal erexit, & ante Pontificium Palatium catenam obduci præcepit, ne invito hoc Cardinale liber ad Papam accessus cuiquam pateret: Ea novitas pupugit exterorum Principum Oratores, ex quibus Cæsareus, Gallus & Veneti Oratores ea de re suos Principes certiores reddiderunt, simulque a Pontifice sibi satisfieri postularunt. Habentur variae consultationes, proponuntur diversa conciliandæ pacis media, eaque res per integros quinque Menses non sine magna animorum contentione agitur: Accessit autem novæ indignationis argumentum, dum summus Pontifex urgente eodem Altierio sex Præfules prætermisso Massiliensi Episcopo Romana Purpura decoraverat; inde Franciæ Legatus ira commotior ceteros
Ora-